



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Ipse † Moguntinus & Saxones jam æmu- *Inter Mog-*
 li, & imminentis belli Duces. Igitur *& Sax. bel-*
 Cæsar Magdeburgensi, † & Herbipolensi *lum gliscit-*
 Archi- & Episcopis examen litigii, & *Avertitur*
 compositionem demandat. Hi Cæsarea *per Cæsa-*
 mandata executuri Erfordia conveniunt: *rem.*
 non erat paucit temporis negotium, sed
 priusquam lites componerent, discedunt,
 per Legatos reliqua tentaturi, iis tamen
 factiosis, † qui turbas amabant, age- *Turbæ &*
 bantque multa pro arbitrio, spoliatis ali- *spolia sub*
 orum ædibus, aliis quæstionibus subje- *pœnâ capitis*
 ctis, quies sub pœnâ capitis indicta, sic *inhibentur.*
 que turma nigra (nebulones erant per
 scelera, & ausum congregati) adempto
 vexillo divisa fuit.

De Henrico Kelnero supra dictum, ille **XVI.**
 hætenus carceribus, † quæstionibus, & *Kelnerus*
 mille malis vexatus fuerat. Quæ fassus in *quæstioni*
 tormentis, ac in Banco juris postea con- *subjectus.*
 firmavit, per Notarium in scripturam re-
 dacta, communicata Electorali Judicio,
 & populo prælecta sunt. An inquisitores
 processûs leges observârint, an metui vel *Kelneri cõ-*
 odio indulserint, non dixerim: multas † *fessio.*
 ærarii expilationes criminum Catalogus
 referebat. Oppignoratio Kapplendorff-
 fi primas tenuit, populi vindictam po- *Condemna-*
 tissimum provocans. Concluditur Kel- *tur ad la-*
 nerum † merito supplicio afficiendum, *queum.*
 seu ob frequentia furta suspendendum ef-
 se. At patibulum ab Urbe † longius dis-
 situm, ut intercipi in via reus à Saxonibus
 posset

N 3

*Executionis
 difficultates
 & descrip-
 tio.*

posset. Igitur Moguntinus Prætor in ipso vallo ad portam Kremperianam erigi furcam jubet. Nec Carnifex tum habebatur executionis minister : turmatim Prætor urgetur, Carnificem advocaret. Judicii Vogteto minæ adduntur, ni tempore debito carnifex adesset, ipsum ad vires ejus cogendum. Anxii Officiales Moguntini, cum ex terris Saxonum haberi non posset, præmiis per vocem præconis ad inhumanum facinus invitant. Ecce offert se ejusdem non familiæ, sed nominis Kelnerus, molitoris filius, Henricum hujus patrinum fuisse, atque eum à laqueo quondam redemisse ajunt : is acceptis tredecim florenis ei spiritum intercludere promittit, cui suum debebat. Die postero, scilicet pridie Apostolorum Petri & Pauli Judicio Moguntino reus sistitur, præleguntur ei furta, ipse negat, sed cum Prætor, an non post torturam in banco juris fuisset confessus, interrogaret, idque affirmaretur, accedentibus etiam plebis clamoribus suspendendum esse Kelnerum, indignum miseratione, qui tot miseros effecisset, ad pœnam laquei condemnatus est. Collisis manibus, aliisq; tripudiis sententia à civibus excepta. Dum autem ad suspendium trahitur, de loco supplicii disceptatum : profanari mœniorum sanctitatem, si in ipso vallo suspenderetur, ducendum, ubi alii fures pendent. Ipse reus altercationes audivit, & quo-

quoniam eum res maximè concernebat, suam quoque sententiam dixit: actum fore de privilegiis, & immunitatibus, si diro supplicio munimenta Urbis scedarent, moriturum se, ubi alii fontes justitiæ debitum persolvunt. Non obscurum fuit, eum in spem liberationis Saxonicae hæc suadere, quam ideò certius expectabat, quia Juniori Duci Joanni, nomine Civitatis in baptismo adstitisset. Movit tamen consilium, & ad patibulum extrà Urbem ductus; at præmissi exploratores, qui, num Saxones in insidiis adessent, indagarent. Simul octingenti armati cum duobus tormentis bellicis majoribus, & sexaginta curribus, quibus in munimentum se cingere possent, comitantur. Ventum ad patibulum, ubi tyro satelles, imperitus artis, miserè Kelnerum torquet, ac postquam ter vivus adhuc de furca decidisset, quartò attractus, tandem fauces interclusæ sunt. Intercesserat antea Thunius pro Kelnero, sed accelerarunt iudicium inimici preces.

Frequentiora post hæc † hostilia, ut
conducere militem, & suas arces præsi-
dio munire Civitas cogere-
tur. Ipsi etiam opifices, eorumque famuli numquam sine
armis. At sine turbis multitudo non ar-
matur; in parochia S. Michaëlis dedica-
tio templi festivius, utque solet, poti-
tando celebrabatur. (a) Obvii sibi stu-
diosi

N 4

(a) Anon. Chron. Erf. MS.

XVII.

*Frequentio-
ra hostilia*